

Heinrich Rudolph Redecker Johann Georg Gutzmer


Dissertatio Inauguralis Iuridica De Assessoribus, occasione Tit: ff. & C. de officio Assessorum

Rostochii: Kilius, 1672

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727441701>

Druck Freier  Zugang





~~Acta. H. O.~~

J. R.
31. 6.

1. Processus iudiciario prima et secunda instantia nec non executionis
2. De processu iudiciario
3. De processu iudiciario civili et feudali p. 153.
it: oratio de laude, necessitate et depravatione jurispru: p. 2
4. De processu civili p. 249.
5. De inventario p. 333.
6. De Leteris Natalitij. gubernati unij. p. 533.
7. De Quinquennialibz. p. 589.
8. De extrema provocatione ad Tribunal Jesu Christi in causis civil. et crimin. Siglading von Gottsch. grunfl in Cur. p. 635.
9. De iure Hypothecae conventionalis et dantularia Sedia sua, inscriptionis, vulgo Gmullis, Alaya. p. 675.
10. Iniquitas magni Exempli, sive Diatribae de Sententijs et plenitudine potestatis profectis, von Marst. p. 717.
11. De Protestationibz. p. 757.
12. De Exceptionibz p. 797.
13. De Stylo Curiae p. 813.
14. De Assessoribus p. 885.
15. De Secretario p. 913.
16. Disquisitio de procuratore substituto, von G. p. 937.
17. Conclusiones de Advocatis p. 985.
18. De Advocatorum circa secreta Clientum fide et perfidia s. pravaricatione von Inu. Advoca. p. 1013.
19. Tractatio de jure Accidentalium. p. 1049.

Idē ~~1040~~
1040¹-19.

PROCESSUS
JUDICIARIS
PRIME ET SECUNDE IN
STATUTE NEC NON EXECUTIONE

DN. CHRISTOPHO FRIDERICO, ICHE
I DN. H. TOBIA HERMANNI, DUCIS

Secundo...
...
...

Ex testamento Scheffeliano

1-550-
11-127-
-1-150-
1-149-
1-92-
1-83
11-192-

11-42-
11-38
11-110
11-48
11-28
11-31

Ex libris -

J. J.
 DISSERTATIO INAUGURALIS
 JURIDICA
 De
ASSESSORIBUS,

occasione

*Tit: ff. & C. de officio Assessorum
 Quam*

AUXILIANTE DEO

Decreto & Auctoritate

Magnificæ Nobilissimæ ac Amplissimæ Ju-
 rificæ Facultatis in Celeberrimâ hâc Patriâ

Universitate

P R Æ S I D E

VIRO Magnifico Nobilissimo & Excellentissimo

DN. HEINRICO RUDOLPHO

Redekern /

Jcto Celeberrimo, Pandectarum Professore
 Meritissimo, Ampl. Facult. Jurificæ Decano Spectabili.

Sereniss. DUCIS MECKLENBURGICI Consiliario,

& Consistorii Provincialis Assessore gravissimo,

DN. Patrono summo opere colendo

PRO LICENTIA

Summos in Utroq: Jure honores & privilegia consequendi,

publico examini submittit

JOHANN GEORG Bugmer / Rostoch.

In Auditorio Majori ad diem V. Septembris.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr. 1672.

894

DISSERTATIO IN ALGEBRA
ARITHMETICA

ASSESSORIBUS

JOHANNES WILHELMUS

ALEXANDER BRUNN

Magister Joh. Wilhelmus Brunus
in hunc locum substitutus

DR. HENRICH RICHARDUS

Prof. Celestini & Panchetti Professor
de ultimo theorema Fermati


BRUNN

JOHANN WILHELMUS

ROSTOCK



J. J.



Erum est, quod *Arist. lib. 1. Etb. Nicom.* dicit: Non æque in moralibus ac mathematicis disciplinis certitudinæ inveniri, utpote in quibus minimæ circumstantiæ, quæ infinitæ sunt, quia natura subinde novas deproperat edere formas *l. 2. §. 19. C. de Vet. Jur. Enucl.* variant materiam; Inde oritur difficultas inquirendi veritatem, & justitiam cujusque negotii dignoscendi; hinc incidit ambiguitas quid faciendum, quidve omitendum, adeo ut quid cuique anteponendum, difficilis sæpe sit dijudicatio, nec multi per se satis valent ut emergant, aliquis manum porrigat oportet; Ad ea enim eligenda, ut inquit *Cicero lib. 1. de offic.* quæ dubitationem afferunt, adhibere homines doctos debemus, vel etiam usu peritos, & quid in iis de unoquoque officii genere placeat exquirere; Ex hac quoque causa jus dicenti, multitudine negotiorum obruto, potestas associandi sibi assessorem, cujus ope & consilio in dijudicando utatur, de Jure Justiniano conceditur, nec minus id hodie jure Magistratus obtinet jure & merito, desiderante se. Publica tam Utilitate, utpote quæ magna ex parte in privatorum utilitate consistit, privatorum autem aperte inter alia in eo fertur, ut civium, qui jure experiuntur, lites quam citissime expediantur *arg. l. 13. C. de judic.* quæ cum à Magistratu desiderata celeritate expediri non possint, tum propter earum multitudinem, tum propter majores, quibus detineri solent occupationes *Nov. 82. pr.* adeo ut negotiis omnibus dextre superesse non possint, judiciorum complent partem per præsentiam suorum assessorum; quam Necessitate; ne imperiti judices, quibus olim jura ignorare licebat *Gothofr. ad l. 2. ff. quod quisq; Jur.* per imperitiam male judicando, damno afficerent partes, & consequenter publicam læderent salutem: Hinc dum impares se negotio oblato æstimant, qui jura explicant, consilia suggerunt, quidque Legum sit subministrant, & secundum jus constitutum causam controversam decidunt *Ord. Cam. p. 1. tit. 13. & 14. p. 3. tit. 53. §. so aber sibi associant l. 1. C. de assessor.* De *ASSESSORIBUS* itaque Juris Judiciorumve, loco Inauguralis Disputationis, dissertaturi, Divini Numinis imploramus præsidium.

A

CAPUT

CAPUT I.
De Definitione.

THESES. I. §. I.

TRactantibus igitur nobis nobilissimam *Assessorum* materiam, in definitione nominali, prima statim fronte, se se objicit consideranda *Etymologia*: Dictum autem vocabulum assessoris ab assidendo, quod idem significat juxta sedere *Calapin Lexic. hoc verb. Germ. bey sitzen / neben etwas sitzen / ad latus alicujus esse, alicui associatum esse, hinc assessores quod ad latus sint ipsius judicis, ipsique sociati l. 1. C. b. t. appellantur, junge l. 6. in fin. C. de postul.*

§. 2. *Homonymia*, Verbum *assidere* varias recipit significaciones; Interdum enim idem denotat, quod laborare, sic *Cicer. Pro. Planc.* Huic assidet i. e. hoc laborat; interdum pro obsidere & circumfidere, sic oppidum amissum assideri *Calapin ad hanc voc;* Interdum idem quod similem esse, sic ex *Horat. Martin in lex. h. v.*

*Parcus ob heredis curam, nimiumq; severus
Assidet insano &c.*

Hic autem vocabulum *assidere* idem denotat, quod assidendo consulere *l. 9. §. 3. ff. quod met. caa. seu in consilium assidere l. ult. ff. b. t.* Hinc Assessores nobis dicuntur, qui Magistratui vel judici in jure vel judicio assident, *tot. tit. ff. et. C. de Assessor. l. 2. ff. quod quisq; Jur.* Unde munus illorum assessorum vocatur *l. ult. ff. de Proxen. assessorium. l. 12. ff. de pact. l. 5. §. 8. ff. de injur. Briss. de V. S. & adfessio l. ult. C. b. t. utputa, qui consilium Judici suggerunt l. 3. l. 10. 12. l. pen. C. de assessor qui propriis consiliis administratores juvant, l. 7. C. b. t. l. 1. C. Theodos. de Com. qui illustr. agent adfid. Cujac. in tit. C. b. t.*

§. 3. *Synonymia*, variis insuper insigniuntur epithetis; uti enim ascendendo dicuntur Assessores & Comites, ex *Plinio Cujac. in obs. 7. c. 27. Et ad tit. C. b. t. lit. D.* ita ab officio dicuntur Consiliarii & consiliatores *l. pen. ff. l. 3. 10. 12. pen. C. de assessor. l. 29. ff. de Legat. 2. Græcè βουλευτικοί, συνήγοροι, σύμπνοι, σύνοδοι, πάροδοι καὶ σύμβουλοι. Carol. Hannib. Fabrott. ad paratit. Cujac. in C. b. t.* Hinc & Principum consiliarios dictos esse assessores tradit *Coll. Jur. Arg. ex Paurmeist. de Jurisd. l. 2. c. 6. n. 46. l. 30 ff. de excusat. tut.* Vocantur inde consiliorum participes *l. 1. C. b. t. Studiosi juris l. 1. ff. et. C. b. t. Portio judicis arg. Nov. 82. pr. Cujac. ff. et. C. b. t. Et ad l. 1. ff. de Juris. ad l. 2. ff. quod quisq; jur. Socii judicis Paris de put. tr. de Syndic. verb. assessor. vers. an potestas n. 6. Quamvis de jure Justiniano nec sunt,*

sint, nec dicantur Judices *l. 2. 13. C. b. t.* attamen hodie Jurisdictionem habent, & Judices vocantur, Urtheilere und Wit Richter *Ord. Cam. p. 1. tit. 13. pr. & S. wir setzen Ord. Cam. Worm. de Anno 1495. tit. 1. die das Kammergericht Ord. Provinc. Mechl. p. 1. tit. 2. 3. 4 & 16. Ord. Tribun. Wismar. p. 1. tit. 5.* Quod idem de Schabinis dicendum *vid. Speid. in Spec. var. observ. voce Schöpfen Befold. Webn. Rad. d. v. Nam Assels.* in quibusdam Provinciis Germaniæ vocantur Schabini Schöpfen / olim Rasinburgi vel Racinburgi dicit *Speidel. in addit. voc. Schöpfen vid. Chilian. König in Procefs. c. 23 Stephan. de Jurid. l. 2. c. 4. n. 16. seqq. Weysiger Bocer. cl. 6. Disp. 3. th. 2. Ord. Cam. p. 1. tit. 3. & seqq. des Richters Rachtgeber oder Rachte Chilian. König. c. 1. In Batavia Assessor Statuum Pensionarius dicitur, quorum Iohan de Barnefeld & Iohan de Witte non sicca perierunt morte.*

§. 4. Assessores igitur de Jure Justiniano sunt Jurisprudentes, qui consiliis suis Judices adjuvant *l. 1. et. l. 7. C. de assess. l. 1. ff. cod. l. 2. ff. quod quisq. Jur. Cujac. in parat. C. b. t. Novell. 82. pr.* Hodierni autem, cum non simplices, ut Justiniani, sint assessores, sed suo modo judices, ad hoc constituti, ut causas in iudicio propositas cognoscant & decident *Ord. Cam. p. 1. tit. 13. et. 14. p. 3. tit. 53. §. ob sie aber.* Quod etiam in omnibus bene constitutis Judiciis Provincialibus obtinet, melius describuntur: Personæ primum à iudice locum obtinentes, eidemque assidentes, & omnem operam in cognoscendis & dijudicandis causis præstantes *Roding. Pand. Camer. lib. 4. tit. 3. pr.*

T H. II.

§. 1. Divisio Assessorum à forma vix ulla desumi potest, nisi velimus discernere Jus Justinianum à moderno. Illo enim jure Assessores & consiliarii Magistratum non habebant jurisdictionem, nec erant iudices, nec poterant libellis subscribere, nec absente Magistratu aut Iudice causas litigantium audire & iudicare *l. 2. 13. C. b. t. Cnjac. d. l.* Sed hodie quatenus sunt in collegio omnino jurisdictionem & iudicandi potestatem habent, secundum ea, quæ in §. 3. *th. 1.* probata sunt. Deinde ab *objecto* quatenus diversa sunt Regnorum & Rerum publicarum consilia ac collegia, ita alii sunt Assessores Status, seu consiliarii sanctioris consilii, qui arcana dominationis pertractant *Germ. geheime / Staats / und regierungs Räte und Weysigere;* Alii Cameræ, Fisci, seu ærarii *Germ. Kammer und Schatz Räte;* Alii Justitiæ; Uti autem hæc versatur circa res divinas & humanas: hæc iterum circa res pacis & belli; Ita alii rerum ecclesiasticarum, ut Consistoriales; alii rerum Civilium, & quidem pacis ut *Germ. Justiz Räte;* vel belli, scilicet terrestris *Kriegs Räte /* navalis, Admiralitæt *Räte.* *vid. Scharidii Ideam consiliiarii.* Potentissimus Rex Daniæ, uti Magnificus Dominus Præses me id docuit, accurate



& prudenter differentiam constituit inter consiliarios & assessores collegiorum: Hi enim candidati consiliariatus dignitatis reputantur.

CAPUT II.

De

Personis constituentibus.

TH. I.

§. 1. Constituuntur assessores libera eorum, quibus jus eligendi competit, voluntate. Cum à mero Principis vel cujusvis Magistratus, cui id lege vel consuetudine competit, arbitrio & voluntate dependeat. Qui tamen non ad commendationem, quæ sæpe fallit, solum *Wint. tr. de assess. p. 1. c. 7. n. 23.* sed maxime ad virtutis encomium pro lubitu eligunt, nec ad assumendum assessorem, nisi consuetudine aliud obtineat *Wint. c. tr. c. 4. n. 60.* uti nec ad id ut cum assessoribus de sententia deliberent, cum id consilii & cautionis, non necessitatis sit, cogi possunt *Glofs. in l. 2. C. de sent. ex brevic. recit. & pluribus Wint. cit. tr. p. 1. c. 4. n. 57. seqq. ad fin.* Nisi aliud lege vel consuetudine, secundum quæ judicia hodiè discrepant, invaluerit.

§. 2. Jus autem eligendi assessores de Jure Civili competebat, vel jure *summa potestatis*, sic, enim pro diverso considerandi modo, Principem & Senatam dedisse assessores Magistratibus Provincialibus ex *Rubr. Et tot tit. ff. de offic. Procons. & Legat. Specul. p. 1. tit. de assess. n. 1.* Et ibi *Johan Andre. in addit. l. 37. 38. ff. ex quibus causis maj.* volunt, quod *Wint. de assess. p. 1. c. 4. n. 5. cum Par. de Put. de Syndicis verb. assessor vers. an Potestas n. 32* restringit ad potentiam ipsorum Principum, ipsos autem dare solitos fuisse negat; Qui igitur omnes cum habeant jus dandi aliis assessores, multo magis & ipsi in causis ad ipsos spectantibus cognoscendis & dijudicandis assessores adsciscere poterant: Vel *Jure Magistratus tam Magistratibus Urbanis*, sic *Ulpianus* erat assessor Prætoris *l. 9. §. 3. ff. quod met. causa.* *Paulus* assessor *Æmilii Papiniani* Præfecti Prætorio *l. 40. ff. de reb. cred. verb. dicebam;* *Juliano* fuisse assessorem *Javolenum* patet *ex l. 5. ff. de manumiss. vind.* Item *Sabinum* *Jctum l. 5. §. 8. ff. de Injur. Quam Provincialibus:* Sic assessores assumebant *Legati Cæsaris l. 4. ff. h. t. Præsides l. 2. C. h. t. Moderatores Provinciarum l. 10. C. h. t. Administratores l. 1. & 7. C. h. t. Nov. 82. pr. Nov. 60. c. 2.* Non tantum *Majoribus, sed etiam ipsis iudicibus l. 1. C. h. t. Ubi Imperator* quorundam Magistratum assessores enumerat, ut *Assessorem Præfecti Prætorio, Præfecti Urbis, Eminentissimorum Magistrorum militum, Magistri officiorum;* adijciuntur præterea *Proconsules, Procuratores Principis l. 32. ff. ex quib. caus. maj.* Omnes illustri præditi potestate *l. 12. C. h. t. & reliqui*
in

18.
in publicis constituti administrationibus l. i. C. h. t. vel qui sunt cum potestate
te judicandi *Wint. d. tr. p. 1. c. 4. n. 14.*

899.
§. 3. Hanc autem potestatem eligendi Assessores competere vi jurisdictionis, negat *Ulmiius Disp. 2. th. 2. n. 8.* Quod *Wint. d. tr. p. 1. c. 4. n. 52.* restringit: Nisi dicas, inquit, & forte non male, esse jurisdictionis, si publico salario assumitur; Verum nec regula, nec ejus restrictio arridet, cum constitutione salarii, quæ non est de essentia electionis, sed saltem præmium laboris l. i. C. h. t. natura electionis non immutetur: Sed potius cum sine assessore in causam inquirere eamque decidere difficile sit, præprimis Imperito magistratui hanc eligendi potestatem eo ipso, dum jurisdictionem, accepisse. l. 2. ff. de *Jurisdic. &* sic jurisdictionis esse positive, (ut qui jurisdictionem, & hanc eligendi potestatem habeat) omnemque Magistratum ordinarium eosdem publico salario adhibere posse firmiter concludo *Mandel. in rubr. de offic. Assessor. n. 5. Bocer. cl. 6. Disp. 3. th. 4.* Non itidem privative; (ut qui jurisdictionem non habeat, non possit etiam adsciscere assessorem) statim enim Judex à Principe datus, qui quidem in multis pro ordinario habetur *Gloss. in c. 62. verb. delegat. de appellat. Scip. Gent. de Jurisdic. l. 2. c. 26. in fin. Mandel. in rubr. ff. de offic. assessor. n. 6.* Jurisdictionem tamen non habens *Gloss. & Dec. in c. ut debitus 59 de appellat. in c. cum in jure peritus 31. de offic. deleg. Bart. in l. 1. ff. de Judic.* eligere assessorem potest *Nov. 60. c. 2. pr. ubi Cujac. & Nov. 82. pr. Donell lib. 18. comment. cap. 2. lit. c. per l. 5. C. de Judic. Wint. p. 1. c. 4. n. 16. Bocer. cl. 6. Disp. 3. th. 1. n. 4.*

§. 4. Eodem modo an etiam datus à magistratu sibi assessorem associare possit, *Dd.* non conveniunt: Ad sunt affirmantes, nec desunt negantes; Pro decissione tamen hujus quæstionis facit distinctio *Juris Civilis & Canonici*, de Jure siquidem *Civili* id ipsis denegatur, quoniam dati judices assumere assessores publico salario nequeunt, nisi sint à Principe dati *Nov. 60. c. 2. Nov. 82. pr. & ibi Cujac. Ulm. d. l. th. 1. n. 2.* Illi autem neque cingulum habentes, (sunt verba *Nov. 82.*) neque nobis ministrantes, nisi perse potuerint nosse quod justum est, quomodo non maximum vitium erit reipublicæ, non eis, qui ex se quid agendum sit sciant, lites tradere, sed sinere eos quære re alios, à quibus liceat discere, quid ipsos in judicando eloqui decet: De Jure vero *Canonico* assumere assessorem judici delegato permittitur, si sc. eo vere indigeat *c. statutum n. 5. assessorem ibi Gloss. & Canonist. de rescript. in 6to. Bocer. cl. 6. Disp. 3. th. 5. Wint. d. tr. p. 1. c. 4. num. 44.* quod conscientia ipsius relinquatur *Wint. c. l. n. 48.* Hoc casu assumpto non suspèctum, moderatoque eisdem constituto salario, uterque partium, nisi ab una parte, altera contradicente, desideratus fuerit *Bocer. cl. 6. D. 3. th. 11.* Id persolvere tenetur *Bocer.*

c. loc. Si verò eo non indigeat, assumere ipsi eundem non licet, nisi propria pecunia c. 11. §. assessorem ibiq; Gloss. & Canonsti. de rescript in 6to Specul. p. 1. tit. de assessor. §. 2. Bald. ad Auth. ad hæc C. de Judic. Bocer. cl. 6. Disp. 3. th. 1. num. 5. ibique alleg.

§. 5. Curator itidem reipublicæ, qui uti constat jurisdictionem non habet, cum ipsius officium consistat tantum in administratione earum rerum, quæ ad usum civitatis pertinent sine jurisdictione l. 46. §. 1. ff. de admin. tut. l. 46. ff. de damn. infect. l. ult. ff. b. t. Donell. lib. 18. comment. c. 2. lit. m. & si Cujac. in l. 30. C. de Decur. fidem adhibemus, ipsius est, prædia publica & vectigalia locare, pecuniam publicam tractare, opera & loca publica curare Cujac. cit. loc. per l. 46. ff. de damn. infect. l. 3. §. plane l. 5. §. 4. §. 10. ff. quod vi aut cam. l. 2. §. 3. ff. de administ. rer. ad civit. quamvis varie ex variis autoribus Disputent Azo in summar. C. n. 4. Accurs. Coras. Jason ad l. ult. ff. b. t. Wint. p. 1. c. 4. num. 17 seqq. assessorem eligere potest l. ult. ff. b. t.

T H. II.

§. 1. Modus autem eligendi assessores de jure Civili, certo determinatus non invenitur, nisi quod Præses vel alius Magistratus, qui sibi associare vult assessorem vel consiliarium, non debeat eum metu compellere, sed potius honorificentia & spe præmiorum allicere, quia omnis necessitas incongrua libertati l. 1. C. b. t. ubi Dd. De jure vero hodierno in ipso Imperio, & quidem in judicio Camerali, à quibus & quomodo constituantur assessores, docemur ex Ordin. Cam. Instrum. Pacis, Recept. Imper. de Anno 1654. Constituuntur autem nominatione & præsentatione, ab Imperatore, Electoribus, & reliquis Imperii Statibus, secundum circulatorum discretionem, facta; Circuli enim mature de novis assessoribus præsentandis secundum schema §. 20. Instrum. Pac. propositum admoneantur; Legitime autem præsentatum, modo idoneus sit, illustre collegium Camerale, admittere tenetur d. Recept. Imper. de Anno 1654. §. 27. 28. Præcedente tamen diligenti inquisitione, explorataq; prius, per relationem, eorum eruditione, vix alios quam rerum Imperii peritos adsciscunt: Quam in studia eligendi inquisitionem etiam in tribunali WisMariensi observari testatur Ord. Tribunal. Wismar p. 1. tit. 5. §. 2. De judicio Imperatoris Aulico itidem disponit Instrum. Pacis d. §. 20. cujus Assessores, Reichs Hoff-Räthe dicti, utriusq; religionis, ab ipso quidem Imperatore constituuntur, sed Electori Moguntino uti Archi-Cancellario Imperii, juramento obstringuntur. In aliis autem Provinciis & bene constitutis Judiciis, quomodo Assessores & Scabini constituantur, ex locorum statutis, privilegiis & consuetudinibus discernendum erit.

CAP.

De Persona Eligenda.

TI. I.

§. 1. Eligentem excipit eligendus, in quo considerata veniunt, tum *Persona*, tum *qualitates*: In *Persona* autem, *Sexus & Status*: Ratione *sexus* requiruntur *Viri*, quippe Senatum non ingrediantur *Fœminæ*, quæ quidem, ad exemplum *Carfanæ l. 1. §. 5. ff. de postuland.* abundant audacia, sed consilio destituntur Cicer pro *Cluent*: quarumque consilium plerumque deterius *Tacit. l. 15. annal. c. 54. n. 6. l. 4 C. de Sponsal. c. 1. §. 5. ff. de postul. l. fin C. de arbitr. vid. Bernegg. ad Tacit. de moribus German. qu. 44.* *Hermophroditus* autem, (de cuius existentia cum aliis *Rennem. de Jur. Person. D. 1. th. 18.* dubitat,) juxta *distinct. l. 10. ff. de stat. hom.* si *sexus virilis* in eo prævalet, admittitur: cum officia *viris* concessa suscipere possit, v. gr. *testis esse in testamento l. 15. §. 1. ff. d. testib.* in feuda succedere *Carpz. Jurispr. Eccles. l. 2. def. 16. n. 10. Bald. ad l. 10. ff. de stat. hom. uxorem ducere Carpz. d. def. 16. Sanchez de matrim. lib. 7. D. 106. num. 2. &c.* Quod etiam obtinet in dubio, an *masculinus*, an vero *fœmininus* prævaleat *sexus*, cum *masculorû jure* gaudeat, quia feudi est capax *Bald. in l. 12. n. 10. 11. 12. C. de suis & legit. hered.* Si vero *fœmininus* *sexus* præcellit, cum *fœminis* annumeretur, *c. l. 10. ff. de stat. hom.* ab hoc officio arceatur. Neutrô autem *sexu* prævalente, cum utroque quis potens sit, tum illi, quem semel elegit, annumeretur, *Sanchez. d. l. n. 6. Alphons. de Guarant. tr. de partu c. 17. n. 6.* adeo ut illum postea derelinquere non possit *Sanchez d. l. Guitierrez. de matrim. c. 117. Paulus Zachias l. 3. quest. Medic. legal. tit. 1. qu. ult. n. 1. 2. &c.* adeoq; si *masculinum* elegerit, admittitur, si *fœmininum* repellitur.

§. 2. *Sexum* sequitur *Status*, qui in tribus consistit, *libertate* cujus ratione *liber* requiritur, nec refert, si *liber* sit *nativitate*, ut *ingenuus*, si *manumissione*, ut *libertus l. 2. ff. h. t.* Nec hodierni *proprii homines*, quia *vera liberi & vera societatis humanæ membra* sunt, *Gail. tr. de pignor. c. 8. n. 2.* & omnia à quibus speciali prohibitione non removentur suscipere possunt. *Stam. de servit. pers. lib. 3. c. 7. n. 2. seqq.* modo apti inveniuntur, ab hoc officio non arceantur.

§. 3. *Civitate*: Cujus ratione excluditur *deportatus & bannitus* *Carpz. J. F. p. 4. c. 47. d. 11. n. 1.* *Relegatus* autem cum *jura civitatis* non amittat, *Carpz. c. l. d. 9.* nec eum *infamia* sequatur, nisi ex *delicto famoso* sit *relegatus* *Carpz. c. l. d. 12.* uti ad officia & honores alios, *Carpz. c. l. d. 11.* ita ad *assessuram* admittitur *arg. l. 2. ff. h. t.* Modo de *jure Justiniano* sit *extraneus*; *Originarius* enim hoc *jure* in *Civitate* seu *Provincia*, ex qua *oriundus*, ab *assessurâ*

arce-

arceatur l. 3. ff. b. t. l. 10. C. eod. Cujus rationem non hanc ponimus, quasi non factis timeatur, & quod nullus Prophetâ sit acceptus in patria uti vult *Gloß. ad l. 38. ff. ex quib. caus. maj.* sed cum *Brunn. in l. 10. C. b. t. Donel. lib. 18. Comment. c. 2. lit. K.* suspensionem gratiæ, odii & calumniæ, junge *Hillig. ad Donell. lit. L.* Limitatur tamen isthæc sententia: (1) Si morte aut decessu Assessorum subitaneo alii in eorum locum substitui non possunt, quo casu ejusdem provinciæ homo ad quatuor menses admittitur *l. 10. C. b. t.* (2) Si permisso principis id fiat *l. 10. C. b. t. l. 38. ff. ex quib. caus. maj.* (3) Si hæc Provincia divisa sub duobus Præsidibus sit constituta, ex altera ortus, in altera assidebit. *l. 3. ff. b. t.* Modo non in altera natus, in altera adoleverit, quo casu in utraque provincia Assessura abstinere tenetur *Antho. Fab. in ration. ad d. l. 3. Umm. D. 2. tb. 2. n. 6.* Excipitur tamen Assessor Procuratoris reipublicæ, qui cum publico non fruatur salario, & ideo difficilis repertu, vir ejusdem civitatis admittitur *l. ult. ff. b. t.* Cæterum ab hisce in totum à Jure Justiniano recedit *Ordin. Cam. p. 1. in pr.* Ubi regulariter & ordinarie requiritur in Assessore constituendo, ut sit Germanus, cum originarii censeantur melius scire mores & consuetudines ejus provinciæ, ex qua sunt oriundi *Mynsing cent. 4. Obs. 30. per tot.* Hanc imitantur & aliorum judiciorum ordinationes, hinc potius indigenæ quam extranei ad illud dignitatis officium promoventur. *Chok. Thes. Pol. 3. c. 6.*

S. 4. *Familia.* Cujus respectu nihil refert, sive Paterfamilias, sive filiusfamilias fuerit, *Bald. in l. fin. §. necessitatem C. de bon. quæ lib.* cum hic respectus in publicis officiis non attendatur *l. 9. ff. de his qui sui vel al. jur. l. 5. §. ult. §. l. seqq. ff. de cap. min.* Modo sit (1) Legitimæ ætatis: quam consideramus tum *Senilem* de qua infra; tum *Juvenilem*: in hac *Minorem*, vel *Impuberem*: Hic natura assessoratus incapax quia nullum habet animi iudicium *l. 12. §. 1. ff. de judic. vel puberem*, aut in *minus plena* constitutum *pubertate*, qui itidem ab hoc officio removetur, propter Judicii defectum, qua ratione nec iudex esse potest, nisi consensu partium *l. 57. ff. de re Jud. vel in plena*, hunc, cum iudex esse possit, utpote persona Judicii maxime principalis *Coler. de process. exec. p. 4. c. 1. n. 61. Zanger. tr. de except. c. de except. contra Judic. Oldendorp. tr. de except. eod. tit. p. m. 27. n. 1. c. l. 57. ff. de re Jud.* ab assessura, quæ solum modo est accessio ad iudicis partes, alias qualitatibus ad hoc officium necessariis instructum, ob solum hanc ætatis rationem arcendum non esse putat *Wint. d. tr. p. 1. c. 5. n. 34 Umm. D. 2. tb. 1. n. 5.* quia legitimam ætatem virtus facit *Arnise. Polit. lib. 1. c. 15.* Verum cum qui undique in hac ætate ad hoc officium idonei, rariores inveniuntur, nisi eorum cum bene formato intellectu conspicua sit eruditio, indubio tutius Dd. putant eligi

18. 903.
eligi Majorem, Purpurat. in l. 1. n. 6. ff. de offic. assessor. Menoch. de arbit. jud. cas. 253. n. 8. Si autem cum hoc juvene eligendo, concurrat vegetus senex, hunc illi præferendum, dicunt unanimiter Dd. Wint. c. tr. p. 1. c. 5. n. 37. ex Besold. Diss. de subject. th. 140. Kirchner. de legat. l. 1. c. 4. n. 50. seqq. modo ille non reperiatur scientia superior hoc sene Kirchn. d. tr. c. 4. n. 57.

§. 5. Dein ratione Familie, quis dicitur nobilis, vel ignobilis seu plebejus. Cum autem omnes admittantur, qui expresse non prohibentur, & plebei nupiam fiat prohibitio, merito admittitur, tanto magis de Jure civili Romanorum, cum & antiquis LL. Romanorum, infamibus hoc munus expresse prohibitum non sit l. 2. ff. h. t. si autem cum plebejo, nobilis æque idoneus concurrat, hic illi merito præfertur, utpote, qui nobilitatem virtute condecoravit; sin a. mius idoneus, plebejus nobili præponitur; Assessor enim sit nobilis virtute, & is verè idoneus, quem virtus probat l. 1. C. de cond. in publ. horr. Mascard. de probat. in verb. Idoneus latè. Eadem ratione de jure Civili Justin: nulla est differentia, inter Doctorem, & Juris Studiosum, nullo dignitatis titulo insignitum, cum Jurisperitia potius, quam gradus spectetur. Menoch. de arbitrar. Jud. cas. 425. n. 38. 39. l. 1. C. de annon. lib. 11. Coras. de Jur. Civil. in art. redig. p. ult. c. 18. cujus juris constitutio, an observetur in Camera Imper. ex noviss. Recept. Imper. de Anno 1654. §. 28. in fin. deliberandum.

§. 6. 2. Integræ famæ, l. 2. ff. h. t. l. 8. C. de decur. lib. 10. Specul. h. t. §. debet. Rosb. process. tit. de Assessor. n. 10. cum assessoratus sit honor, arg. l. 1. C. h. t. ibique Brunn. Principalem enim rescripto constitutum est, non posse assessoris officio fungi, nec ad dignitates admitti, quos infamia ab honestorum cœtu segregat l. 2. C. de dignit. Peretz. in C. h. n. 3. Proinde, sive juris, sive facti infamia, sive etiam lavis notæ macula, tantum laborent, arg. l. 27. C. de inoff. testam. vix ad hoc officium admittuntur; hinc nec spurii, (cujus tamen contrarium, in puncto juris defendendum putant Brunn. ad l. 1. C. h. t. Wint. p. 1. c. 6. n. 59. pertradita Hartman. Pistor. p. 1. qv. 30. & spurios quosdam virtute præditos admissos fuisse testatur Christin. decis. 85. n. 4.) nec illegitimè nati, licet postea legitimentur, ad hoc officium promiscue, admittuntur. Mynsing. cent. 4. obs. 31. per tot. Ord. Cam. p. 1. tit 3. §. des gleichen sollen Heig. qv. 21. n. 55. Boier. hic th. 14. ubi ex commentatore ad dict. tit. Illegitime nati, legitimum, filium rejectum aliquando fuisse, refert.

TH. 2.

§. 1. Qualitates personæ Eligendæ, considerantur, tum animi; quæ hic maxime requiruntur, inter quæ & scientia, tam historica, histo-

B

ria

riæ præprimis recentioris, sui Principis, *Hippol. Consil. p. 22.* quam & Cicero in Senatore longo ab hinc tempore desiderat, *Cic. 3. de legib. quam Philosophica*, illius sc. partis, cujus prudens vere quis prædicari potest; quæ nimirum virtutes & vitia discernit *Fur. de concil. c. 2. §. 5. Hippol. in consil. p. 34. Kirchner. de legat. l. 1. c. 4. n. 47. Ruland. de commiss. l. 1. c. 19.* & quæ Rempublicam non tantum constituendam, sed & administrandam docet; non equidem theoreticè, nuda tenens præcepta, & in his abstrusissimâ quæ querimari, sed theoretica ad quoscunq; status applicare, gnarus: hanc enim veram & non simulatam Philosophiam, quæ hominum saluti inseruit, sacerdotes juris sectantur *l. 1. §. 1. ff. de J. & J. præprimis itaq; sit peritus, juris, l. 1. ff. et. C. h. t. l. 2. ff. quod quisq; jur:* morum, & consuetudinis forensis, tenetur enim ea, quæ legum sunt judici explicare. Hinc in Camera Imperiali, præter generosos & nobiles requiruntur Jurisperiti & Practici, Doctores sive Licentiati, qui publicâ aliquâ in Universitate. vel jura aliquandiu docuerint, vel ad minimum juris studio integrum quinquennium, (quod tamen Receptis. novissimo, *de Anno 1654. §. 28.* declaratum) insumpserint, aut præterea tractandis causis forensibus se prius alicubi exercuerint, Pontificiæ, vel Augustanæ Confessionis, inclusis etiam Reformatis *Recept. Imper. de Anno 1654. §. 17. Ord. Cam. p. 1. tit. 3. §. desgleichen sollen Denais. tit. 14. n. 1. & 2. Boer. cl. 6. D. 3. th. 13. Tum corporis*: Easq; hic latius explicare, vix operæ pretium erit, cum alias idoneum, harum intuitu, ab hoc officio arcendum non esse, videatur: modo non sit valetudinarius, adeo ut istis negotiis superesse non possit, qui domi se contineat, monitu *Socratis apud Platon. de re publ. & Judicio* excedat; sed valetudine bona, *Grimal. de opt. Senat l. 2 p. 75.* & complexionem temperatam *Kirchn. de legat. l. 1 c. 4. n. 131. seqq. Ruland. de commiss. l. 1. c. 10. n. 7.* Mores insuper, Assessori sint elegantes, vestitus decens, & honestus, non fordidas *Specul. tit. de assess. §. sequitur videre.*

§. 2. Præterea alterius judicii, alterius judicii assessor idoneus non existit, quia non facile credendum est, duabus necessariis rebus unum sufficere *l. 14. §. 1. C. h. t. nec clericus in judicio seculari c. 1. verb. in plateis c. 3. verb. undec. seq. 5. pr. & vers. jubemus c. 9. pr. c. ult. pr. ibi: ad audiendum leges extr. ne cleric. vel monach. Specul. l. 1. tit. de Assess. §. debet a. esse n. 3.* Bonè tamen Judex Ecclesiasticus, potest eligere Assessorem Laicum, dummodo ejus officium non extendatur ad officia ecclesiastica, sed duntaxat, ut de jure consulat, *vid. omnino Mart. de Jurisd. p. 5. cent. 11. cas. 174. per tot. Schacc. de divers. Judic. l. 1. c. 14. n. 6.* Deniq; sicuti is, qui in causa quadam advocando patrocinium præstitit, non admittitur ejusdem causæ judex, ita ne qui-

18.
ne quidem eodem tempore, quis potest esse Assessor & Advocatus, idq; olim tantum ad auditorium assessoratus referebatur, l. 5. ff. b. t. sed postea plane prohibitum est, l. fin. C. b. t. l. 6. C. de postul. junct. can. 1. dist. 89. Et multo magis, cum de jure hodierno Assessores suo modo sint judices Roding. Pandect. camer. lib. . . tit. 3. quia nec hi possunt esse Advocati; Hinc in camera receptum, ut qui in numerum Assessorum cooptati sunt, operam suam partibus præstare non possint, Brunn. ad l. 6. C. de postul. Roding. c. lib. 4. tit. 3. Reliqui ergo, qui non prohibentur, ad hoc officium admittuntur.

CAPUT IV.

De Officio Assessorum.

TH. I.

905.
§. 1. Officium constitutorum Assessorum, (latissime patens, de quo Wint: tr. de Asses. p. 2. per tot. his Statuto Amplis. Facultatis Juridicæ determinatis pagellis includi non patitur) brevibus, ut Imperatori in l. 1. ff. b. t. & nobis, consistit. In cognitionibus; cognoscere enim debent, actor & reus, an legitimam personam standi in judicio habeant l. 1. § 2. § tot. tit. C. qui legit: person: stand: quam actione experiatur actor, cum sine actione experiiri non possit, l. 1. ff. de edend. l. 6. §. videamus ff. de negot. gest. l. fin. verb: exprimere actionem C. de interd. l. 3. C. de dot. promiss. l. 10. ff. de pignor: c. 6. extr: de judic. l. 14. § fin. ff. præscript. verb. l. 52. §. 2. vers. nam si muliones ff. ad L. Aquil. nec actoris intentio sine competenti actione teneat, l. 1. pr. ff. si mens. fals. mod. dix. l. 1. ff. de estim. quod tamen hodie, tam ex specie tacti, quam libelli conclusionem & petitionem, animadverti potest, Carpz. J. F. p. 1 Const. 2. d. 13. n. 2. § 4. Schneidew. ad §. 1. Inst. de action n. 117. seqq. Harm. Pistor. l. 1. qv. 45. n. 22. Gail. l. 1. Obs. 61. n. 13. seqq. Bocer. cl. 6. D. 3. th. 33. cum ibid. alleg. an intentio actoris, & essentialia cujusq; actionis requisita, legitime sint probata Myns. Resp. 4. n. 8. § Resp. 10. n. 2. 3. 4. Boer, c. l. n. 34. quo facto annon iniquum sit, reum condemnari, ob id, quod habeat exceptionem, vel dilatoriam vel peremptoriam §. 1. § 2. § tot. tit. Inst. de except. Et in genere, quâ possunt diligentia in causas inquirant, iisque à judice cognitis, ipsum quid in ea re, jure aut legibus proditum sit, edoceant. Accurf. ad l. 1. ff. b. t. quæ si obscura, ea quæ legum sunt explicent Nov. 82. pr. Cognitiones autem Baro in l. 1. ff. b. t. intelligit extraordinarias, quæ præscriptas legibus formulas, & actiones non habent, sed ex imperio, officio, & notione Magistratum totæ pendebant: Melius tamen tam ordinariæ, quam extraordinariæ intelliguntur cognitiones, tum propter generalitatem l. 1. §

Nov. 82. pr. tùm etiam quod iudici liceat assessorem habere & sic ordinarias cognitiones, quæ certam & præscriptam formam habent, consilio Assessorum determinare. Ad Iudicem quoq; de causa controversa informandum, plurimum faciunt causarum relationes, quæ & hic merito pertractanda erant, sed brevitatis causa, ad Colleg. Argent. h. t. n. 14. 15. Bocer. cl. 6. D. 3. th. 30. 31. seqq. Besold. in fin. Thes. Pract. me remitto.

§. 2. Non autem libellis subscribat Assessor, ne Iudicis quidem nomine *l. 2. C. h. t. nec iudicet, aut absente Iudice, ejus fungatur officio, l. 13. C. h. t. quæ lex cum in C. desideretur, ex Nov. 60. suppletur Cujac. in C. ad h. t. Coll. Arg. h. t. n. 9. Quod restringitur tamen, ad veteres Magistratum Romanorum Assessores, hodierni enim cum suo modo iudices sint Roding: Pand. Camer. lib. 4. tit. 3. non nudam, ut olim, habent causæ cognitionem, sed etiam iudicationem, vid. Ordin. Wismar. & Mechlenburg. c. l. Wint. & tr. p. 2. c. 1 n. 2. cum de jure Justiniano, litis contestatio, conclusio, & sententia ipsi reservetur Iudici, per ultimam enim cognitionem ipsa causæ conclusio intelligitur Auth. ad hæc C. de Judic. Novell. 60 ubi Cujac. Hillig. ad Donell. lib. 18. c. 2. lit. R. Peretz. in C. h. t. n. 5.*

I H. 2.

§. 1. In postulationibus: Non ac si Assessoribus liceret, postulando clientibus patrocinium præstare, prohibitum enim est, ne quis in eo auditorio, cujus est Assessor, postulet *Brunn. ad l. 6. C. de postul. l. 5. & l. ult. C. de offic. assess. Roding. Pand. Camer. lib. 4. tit. 3. Sed ut in postulationibus, in eorum auditorio factis, diligenter perpendant, (1) Ne fiant inconvenienti tempore, diebus sc. nefastis, quibus scilicet dari non licet: do, dico, addico. Macrob. 1. Saturn. 16.*

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur

Fastus erit, per quem lege licebit agi. Ovid. 1. Fastor.

§. 2. Ne admittantur postulare prohibiti; ut minor 17. annorum *l. 1. §. 3. ff. de postul. Surdus l. 1. §. 3. eod. & hujus argumento omnes, qui ad hoc officii genus innepti judicantur; insigni turpitudine notati l. 1. §. 6. eod. qui verò edicto Prætoris pro se & certis personis admittuntur c. l. 1. §. 8. seqq. §. ult. eod. In Camera Imper. tamen, aliisq; bene constitutis iudiciis in totum repelluntur Ord. Cam. p. 1. tit. 18. Judæus & alii qui Christiani non sunt l. fin. C. de postul. Et in Camer. Imper. omnes qui non sunt vel Pontificiæ vel Augustanæ, religionis Ord. Cam. p. 1. tit. 18. junge Recept. Imper. de Anno 1654. §. 17. Milites arg. l. 31. C. de Advoc. de quota litis transigentes l. 5. C. de postul. Arbitri & Iudices ipsarum causarum, Potentiores tot. tit. C. Ne lic. potent.*

18.
tent. patroc. praest. Procuratores Camerae in alio Judicio Ord. Cam. p. 2.
tit. 19. §. nachdem. Deniq; ut ordine & decenter fiat postulatio, seu ordinate,
quo dignitas Magistratus servetur illibata, neve quid contra Edictum fiat, l. 9.
§. 4. de off. Proconf. l. 7. ff. de postul. Wint. d. tr. p. 2. c. 1. n. 15.

907.

TH. 3.

In libellis: Quibus actio coram Judice proponitur, & contra adversa-
rium intenditur. Illos admittat vel simplices tantum, ubi articulati in judicio
sunt prohibiti; ut hodie in Camera Imper. Recept. Imper. de An. 1654. §. diesesem
nach nun & S. zu befoderunge & in foro Saxon: p. 1. Constit. Elect. Saxon. 2. d. 2.
seqq. vel etiã articulatos, ubi specialis eorũ prohibitio non exstat; Et vel sum-
marios vel ordinarios clem. saepe de V. S. Recipiat aptum, continentem sc. par-
tes necessarias, Exordium, quod contineat nomen judicis, actoris, & rei, Umm.
Disp. 6. th. 11. n. 49. Vult: de Judic. l. 2. c. 4. n. 93. & ipsam propositionem,
quæ si per modum Syllogismi fuerit formata, loco Majoris præmissa sit cau-
sã, Vult. d. c. 4. n. 104. seqq. Recept. Imper. de Anno 1654. §. diesesem negst nun &
quidem, secundum plerosq; Doctores, in realibus, proxima, (quamvis non
fiat inneptus, sed potius utilius sit, & huic proximæ remotam addere causam,
notante Dno. Lauterb. tr. Synopt. tit. de edend. §. 2. Vult: d. c. 4. n. 71. seqq.)
in personalibus, remota c. fin. extr. de libell. oblat. Loco minoris, brevis cla-
ra & certa facti narratio sit subiecta, continens actionis instituendæ requisita,
cum suis circumstantiis Vult. c. l. cit. Recept. Imper. Loco conclusionis, in Civi-
libus, apposita sit potissima libelli pars, petitio sc. ex qua præcipue genus actio-
nis investigandum Carpz. p. 1. Const. 2. d. 11. n. 2. seqq. Gail. l. 1. Obsf. 61. n. 13.
seq. Vult. d. c. 4. n. 125. quæ tamen in criminalibus omittitur, & ejus locum
supplet juris autoritas arg. l. 1. §. 4. ad Scutum Turpill. l. 15. ad munic. Carpz.
Pr. Crim. qu. 106. n. 19. seqq. Vult: c. 4. n. 87. seqq. Inneptum rejiciat Specul.
tit. de assessor §. officium 4. Wint. p. 2. c. 11. n. 1. Bocer. cl. 6. Disp. 3. n. 44. & ibi
all. cui sc. ex supra dictis partibus necessariis quædam desunt v. g. si vel cauta
petendi, sit innepta, vel nulla sit expressa Vult. d. c. 4. n. 129. Carpz. p. 1. c. 2.
def. 11. n. 4. & def. 14. infin. lib. 2. Resp. 53. n. 5. Gail: l. 1. obsf. 66. n. 14. Qua-
lem itidem reddunt (1) obscuritas, ut exinde jus agendi, & intentio actoris
intelligi non possit arg. Auth. offeratur, C. de lit. Cont. Gail. l. 1. Obsf. 62. n. 2 &
13. Vult. de Jud. l. 2. c. 4. n. 133. (2) Contrarietas, quæ libellum reddit ipso
jure nullum, adeo ut nec per clausulam salutarem sustineri possit. Carpz. p. 1.
c. 2. d. 15. n. 5. & c. 26. d. 7. n. 8. lib. 1. Resp. 70. n. 14. (3) Innepta actionum cu-
mulatio Carpz. l. 2. Resp. 53. n. 30 seqq. & deniq; (4) Incertitudo arg. l. 1. ff. de
edend. arg. §. 33. Inst. de action. l. 18. ff. commun. divid: Dn. Lauterb. cit. loc. §. 4.

B 3

Ulterius

Uterius ut libellus rite offeratur, curet, de jure liquidem Civili Justia. ipsi reo *autb: offeratur C. d. lit. contest.* Nostris vero moribus, immediate Judici, ut reus post factam causæ cognitionem, secundum libelli conclusionem & petitionem, consilio assessoris, Judicis sententia condemnetur; Et licet libellus rite quidem sit oblatus, actor tamen post litis contestationem quoad essentialia quidquam mutare velit, id non permittat, nisi reo refundantur impensæ litis *Gail. l. 1. Obs. 51. n. 9. Vult. d. c. 4. n. 199.* Si tamen à sententia, à Judice lata, pars læsa appellaverit, dirigat libellos dimissorios sive Apostolos ad Judicem superiorem *L. un. ff. d. libell. dimissor. Rosbach process. civil. & crim. tit. de assessor. n. 21.* quibus tamen ipse Judex per se, non per assessores subscribat, nisi à Principe id fuerit permissum *c. l. un. in pr. ff. de libell. dimissor. l. 2. C. de Assessor. Nov. 126. c. 3. ibi. cum propria subscriptione.*

T H. IIII.

In Edictis: Edicti verbum generale est, & prædicatur, ut constat, de Jure Prætorio: *Hinc Azo in Summar. h. t. n. 6. & Accurs. in d. l. 1. Baro ibid. & Wint. p. 2. c. 11. n. 8.* Putant, & assessorem curam habere debere, in proponendo à Magistratu edicto perpetuæ Jurisdictionis causa, pro communi salute & omnium utilitate *per l. 7. ff. de Jurisd. Coras. de art. Jur. p. 2. c. 15.* Dein Edicta interpretantur esse citationes edictales, quæ non nisi causa cognita, conceduntur *Recess. Imper. de Anno 1512. §. in Uberantworunge p. m. 113. verb. oder so das vom Richter erkant.* Hinc maxime edictorum, in decernendis citationibus proponendorum rationem habeat assessor, si enim reus post oblationem libelli tergiverset, aut persona sit vagabunda, per edictum vocari potest *Gail. 1. obs. 57. n. 4.* Aut si consortes omnes sint incerti, aut multitudo personarum, tale edictum requirat *Gail. d. l. n. 6. Grav. pract. conclus. 56. n. 13. 16. 23. & 30.* Ut in omnibus concursibus creditorum, & cessionibus bonorum *Mynsing. cent. 2. Obs. 47. Symphorem: supplic. vot. & decis. cameral. thom. 1. p. 1. tit. 9. fol. 551. & seqq. ubi fol. 155. n. 69. de materia Legis Diffamari idem tradit.* Ultimò Edicta etiam versantur circa bonorum possessionem, *Perez. in C. h. t. n. 6.*

T H. V.

In Decretis: Quæ in arduis quibuscunque negotiis adhibere solent, causæque cognitionem pro tribunali requirunt *l. 9. §. 1. ff. de offic. Procons. & à procedente per plateas judicæ, ad instantiam unius concedi non possunt l. à procedente C. de dilat.* In his igitur decretis, officium assessorum versatur, ut in unoquoque decreto observanda observent, præprimis in missione in possessionem ex primo, quo actor non veram possessionem, sed saltem custodiam & deten-

18. 909.
& detentionem rei l. 3. §. ult. ff. de acquir. possess. l. 5. in pr. ff. ut in possess. legat.
& fideicom. etiam pignus aliquod Prætorium l. 15. §. 30. ff. d. damn. infect. l. 3.
§. 1. de reb. eor. qui sub. tutel. l. 114. §. 15. ff. de legat. 1. consequitur; Et secun-
do decreto quo vere possidere jubetur, adeo ut dominus possessione decedere
teneatur l. 15. §. 23. de damn. infect. & possidere iustus verus fiat dominus l. 15.
§. 16. & seqq. §. 33. ff. eod. tit. l. 1. ff. de fund. dot. l. 5. l. 7. §. 9. ff. commun. divid.
l. 3. §. 1. in fin. ff. de reb. eor. qui sub. tut. l. 2. in fin. ff. si ex noxal. causa aga-
tur Donell. 5. Comment. c. 46. ibiq; Hillig. lit. L. cum alleg. Sic etiam sua
habent observata decreta, quæ dantur, cum super alimentis testamento re-
lictis transigendum est l. 8. & ibi Cujac. ff. de transact. Scip: Gent. de aliment.
c. 13. Eodem modo, cum prædia vel res minorum, & aliarum similium perso-
narum alienantur. tot. tit. C. de præd. & al. reb. min. fin. decret. non. alien.
l. 5. §. 9. & tot. tit. ff. de reb. eor. qui sub. tut. Sic & si aliæ sint causæ, in qui-
bus decretum Magistratus requiritur Umm. Disp. 2. th. 2. n. 10. Wint. p. 2. c. 11.

TH. VI.

Denique in Epistolis; Si enim Princeps, vel alius, de quæstione
quadam juris consulendus Specul. tit. de assessor. §. 4. Umm. Disp. 2. th. 2. n. 10.
Aut alius Magistratus requiratur, testium vel evocandorum, vel examinan-
dorum gratia l. 3. in fin. ff. de testib. c. presentium de testib. in oto. Aut rei
criminosi mittendi nomine Hillig. ad Donell. lib. 18. Comment. c. 2. lit. T. tex.
in Nov. 134. c. 5. vers. si vero quis l. 1. §. Præsides vers. sed & literas ff. de requir.
vel absent. damnand. Wint. d. tr. p. 2. c. 11. n. 12. Aut alius iudex rogetur
sententiam exsequi Hillig. cit. loc. Umm. Disp. 2. th. 2. n. 10. Assessoris munus
est, epistolas illas consicere, Hillig. cit. loc. Huc adducit Wint. d. tr. cit. loc. ex
Denais. Jur. Cameral. tit. 16. §. 15. & hoc: Si Camera Imperialis publicis
scriptis impetita sit calumniose, officium assessorum est, vindicare contumelias
contrariis scriptis, & curiæ honorem defendere.

CAPIT. V

De Præmiis & poenis assessorum.

TH. I.

§. 1. Pro hoc officii onere, varia Assessoribus competunt præmia,
utpote qui non metu terribili, & necessitate libertati incongrua, sed spe præ-
miorum atque honorificentia provocandi sunt l. 1. C. h. 1. uti th. 2. c. 2. dictum.
Hæc autem præmia consistunt (1) in salario, quod si definitum integrum
Assessoribus solvendum, & quidem olim ab ipsis Præsilibus præstitutum l. 4.
ff. b. t. Postea, auctore Lampridio, Alexander Severus salaria constituit, quod
igno-

ignorasse Papinianum, Ulpianum & Paulum per *d.l. 4. b. l. 29. §. ult. locat. l. 4. de var. & Extraord. cog.* scivisse autem Modestinum & Hermogenianum per *l. 32. ex quib. caus. maj. l. 41. §. 2. de excus. tut. Wiesenb. docet n. 24. b. t.* Eodem modo, *Donell. l. 18. Comment. c. 2. & ibi Hill. lit. Bb. arbitratur publicum esse constitutum à Severo, cujus tempore Præsides & Legati Caesaris, salarium quotannis accipiebant uaa summa, quod anno finito postea Assessori- bus distribuebant Spartian. in vit. Pescenn. Nig. Jacob. Stephan. 3. de Jurid. 12. n. 19 & seqq. Wint. d. tr. p. 1. c. 8. n. 19. ex Petro Burgio 1. Elect. c. 9.* Certum n- est, juris Studiosos ex ante à partibus id exegisse *l. 4. ff. de extraord. cognit.* Hoc equidem salarium, licet in officio sine suà culpa cesset, mortuo sc. Præ- sidente pro residuo tempore ipsi debetur. *l. 4. ff. b. t. modo non alii legato, re- siduo tempore operam dederit l. 19 §. ult. ff. locat. Wiesenb. d. l. vel ut alii vo- lunt Legatus propter delictū cujus Assessor fuit particeps, sit avocatus Brunn. ad l. 1. ff. b. t. ex Donell lib. 18. comment: c. 2. lit. FF. ibiq; Hillig: Eoq; mortuo integri anni salarium ad heredes transmittit, Rauchbar: p. 1. qv. 25. Gail. l. 1. Obs. 44. n. 12. Carpz. p. 2. const. 5. def. 10. Brunn: ad l. 7. C. b. t. Nisi (1) Sa- larium in quadrimestria spacia sit divisum, daß es alle vierel Jahr ausgezah- let wird / quo casu non integri, sed illius tantum anni, qua moritur, partis salarium, licet primo saltē die decedat, transmittit. Brunn: ad c. l. 1. ff. b. t. Aut (2) Salarium expressam habeat determinationem & conditionem operarum, quo casu pretium labori conforme præstatur. Mæv. p. 3. decis. 200. n. 3. & 7.*

Extraordinario vero Assessori, v. g. delegati, non è publico, ut ordina- rio, sed a partibus salarium persolvitur, & quidem ab utraq; si utriusque consensu fuerit assumptus, vel ab una tantum, si ab una tantum parte altera contradicente desideratus sit. Bocer: cl. 5. D. 3. th. 11.

Certa salarii quantitate non definita iudicis arbitrio, pro consuetudine loci, & conditione personæ constituitur salarium Hillig: ad Don. lib. 18. c. 2. lit. Bb. Menoch: de arbitr: Jud. quest. cas. 254.

§. 2. At hoc autem salarium consequendum, sive stipulatione, sive nudo pacto, sive ex alià personali obligatione, sive certa re, certum sive incertum, in genere, sive plane nihil sit promissum, non desunt quidem actio- nes ex hisce obligationibus competentes, melius tamen, relictis ambagibus, in diversitate illarum actionum occurrentibus, tam ordinarii quam extraor- dinarii, per implorationem iudicis extraordinariam ut ordinariis e publico *l. 4. ff. de extraord. cogn: l. 4. ff. d. offic. assess. ubi Dd. l. 19. §. fin. cum l. seqq. ff. locat.* Extraordinariis Iudice cogente a partibus id præstetur *Wint: p. 6.*

p. 1. c. 4. n. 30. ibique alleg. petunt Stypman: de salar. clericor. pag. m. 684.

§. 3. (2) Quod immunes sint ab oneribus personalibus, tutela, munerum, & indictionis l. 10. §. 6 ff. de excus. tut. l. 12. §. 1. ff. de vacat. muner. l. 11. C. h. t. Ubi hoc beneficium illis, deposito licet officio, adhuc tribuitur, (ex cuius generalitate & Hellig. lib. 18. c. 2. lit. Z. & Brunn. ad cit. l. 11. C. h. t. concludunt, & illud & istud beneficium deposito licet officio competere, quod tamen ex facto, & circumstantiis æstimandum, prout Assessor longum, vel breve tempus publico bono commodus fuit, & an officium ob ætatem, aliamque honestam causam deposuit, an vero ob culpam remotus sit, putat Wint. d. tr. p. 2. c. 12. n. 8.) sub 50 librarum auri pœna, contra facienti imponenda c. l. 11. C. h. t. Quæ tamen pœna cessat, si tempore necessitatis, ubi illis non favendum, hæc onera ipsis imponuntur Klock. de contribut. c. 15. in fin.

§. 4. (3) Quod Comitantes Magistratum in Provinciam Assessores damno affecti, restituantur in integrum, quod reipublicæ causa absint. l. 37. 38. ff. ex quib. caus. major.

(4) Quod quicquid ex officio vel salario lucratur, si sint filii familias, non patri, sed sibi acquirant, cum ad peculium quasi castrense referatur l. 7. C. h. t. Ut & quod à partibus, causa jam decisa, ipsis offertur, cum & judici id accipere liceat Farinac. qv. 11. n. 210. ibique Dd. alleg. Ulm. D. 2. th. 3. n. 13.

Denique (5) Quod ex Assoribus plerumque novi, ad rempublicam administrandam, eligantur Magistratus l. 1. ubi Bart. & Dd. ff. de alb. scrib. Quod & Pescennius Niger suo tempore observavit Spart. in vit. ejus Coras. ad rubr. ff. de offic. assessor. Sic etiam Papiniano Jcto, in præfectura Prætoriana successerunt Paulus & Ulpianus Jcti referent. Spartian. c. loc. Wint. p. 2. c. 12. n. 11.

TH. 2.

§. 1. Si autem in officio male versatur Assessor, variis itidem subicitur pœnis: Et quidem (1) Si iniquum & novum jus dolo suggerit, edicto quod quisque Juris in alium stat: subicitur Decius conf. 8. n. 2. Rosbach. h. t. n. 34. l. 2. ff. quod quisque Jur. Speculat. tit. de assessor. §. ult. Et fit infamis Glos. in pr. Inst. de obl. que quas. ex del. Menoch. de arbitrar. jud. quest. cas. 442. n. 13. & in simplum parti, in triplum fisco, condemnatur Auth. Novo Jure Junct. l. fin. C. de pœn. jud. qui mal. judic. Spec. §. pœna h. t. Menoch. de arbitrar. judic. cas. 442. n. 16. Wint. p. 2. c. 12. n. 36. seqq. Si vero culpa

C

culpa aut imperitia ejus (quæ cum eorum qui artem profitentur culpa sit) novum & iniquum jus constituitur, an hoc edicto teneatur, inter Dd. non convenit *Bocer. cl. 6. D. 3. th. 55. Umm. D. 2. th. 3. n. 15.* Affirmat id *Winter: d. tr. p. 2. c. 12. n. 45. 46. 47. seqq. cum ibid. alleg. autor.* Et ex æquitatis ratione non solum locum habere putat, si lata, sed & si levi Assessoris culpa id factum sit. Melius tamen cum Hillig ad Donellum *l. 18. Comm. c. 2. lit. FF.* id Negamus, & teneri adione in factum asserimus *per l. ult. ff. de extraord. cogn.*

2. Si absente Magistratu, apud se litis contestationem, & ultimam cognitionem fieri passus fuerit Assessor, si Advocatus ex Advocatorum collegio rejicitur, si non Advocatus cingulo privatur, & decem librarum auri pœna castigatur. *Nov. 60. c. 2. §. 1.* Si autem Assessor judicis à Principe dati honore cadit, & è civitate pellitur *Bocer. cl. 6. D. 3. n. 57.*

3. Si Judex consilio Assessoris appellationem accipere recusaverit, punitur Assessor jure Justiniano triginta librarum auri pœna *l. 21. C. de appellat.*

4. Si libellis subscripserit, cum id judici competeat, exilio punitur. *l. 2. C. de assessor.*

CAPUT VI.

De Contrariis.

Sicut à suscipienda assessoratus dignitate variis ex causis quis se excusare potest v.g. quod vel major 70 annorum, quâ ætate omnia officia finiuntur *l. 3. §. 6. ff. de muner. & honor. l. 2. §. 1. de vocat. mun. l. 10. C. de decur.* Vel adversæ valetudini subjectus, adeo ut negotiis superesse non possit *l. 3. C. de offic. Præf. orient.* Vel lapsum sit judicium, viresq; corporis deficient *c. 13. §. 6. ff. de muner. & honor. l. 2. §. 1. de vacat. mun. l. 10. C. de decur. lib. 10. l. un. C. qui etat.* Eodem modo & assessoria suscepta finitur, in volente; renunciatione, ex modo adductis causis: In invito; tum remotione totali cum per sententiam alicui interdicitur assessoria *l. 9. §. nonnunquam ff. de pœn.* Idq; vel ex dolo & gravi culpa *Bart. in l. 13. ff. de ann. legat. Gloss. in l. 4. ff. h. t.* aut ex causa negligentiae *l. 3. C. de offic. Præf. orient.* Et in Camera, si quis Assessoria officio impar, aut malitiose sine probabili ratione, in singularibus opinionibus defendendis, pertinax reperitur, ab ordine removetur. *Ord. Cam. p. 1. tit. 5. §. tit. 13.* §. so auch der Cammerichter: Tum morte, & naturali, quæ omnia solvit *l. 1. ff. de offic. ejus cui mandat. est. Jur. & Civili, cum pro*

cive non habeatur *l. 32. ff. d. R. J.*


SOLI DEO GLORIA.


159


Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through.

T A N T U M









9/10

1075.
1075.

27.)(S)

ben der Beichtvateren/und Verrichtung anderer heil-
igen Aemter / sich vielmahl erzeigenden ärgerlichen
Handeln und Spaltungen/ heilsamlich begegnet werde.
Hucus Theologus ille , cujus sententiam saluberrimam à
multis aliis tam Theologis,quam Politicis Viris adprobatam
est, & adhuc adprobari, novimus.

V VIII. Sunt & Accidentalìa quædam, in Scholis qui- 26
dam inferioribus, sensim, & quasi sine sensu introducta,
eorum abrogatio publicè utilis censetur, quæ Scholarcha-
rum & Inspectorum examinationi relinquimus.

VI IX. Antequam verò hæc vel illa Officialium Acciden- 27
tialium a penitus tollantur, prius prospiciendum est eis, ut ha-
bent salaria, ex quibus honestè satis vivere possint. *Quilibet
operarius mercede sua dignus*, ut ipse Salvator noster ait Cum 28
id vulgò, cum primis autem in constitutione Officia-
rum inferioris fortis & conditionis, malè negligi soleat, ne-
cessitatè quandoque eos adigere videmus; ut ad illicitam
accidentalium introductionem, vel consuetorum adauctio-
nem, confugiant.

X X. Tandem, generaliter hæc monendum, multa ab 29
accidentalibus ob spem Accidentalium fieri, quæ fieri non de-
bent; multa etiam, ubi accidentalium spes deficit, fa-
cienda omitti, quæ officii ratione omitti minimè debent.

CAPUT VIII.

De remedio Actionis pro accidentalibus
competente.

SUMMARI A.

- 1. non omnia accidentalìa eodem remedio peti possunt. n. 1.
- 2. quæ à lege sunt, eadem petuntur actione quàm salaria. n. 2. Quid de his
quæ à voluntate hominum dependent? n. 3. 4.
- 3. accidentalìa in concursu creditorum non attenduntur, salarium vero
omnino. n. 5. 6.
- 4. actio detur contra collegam, qui in quasi possessione accidentalium
perceptionis est? n. 8. 9. 10.
- 5. quomodo exigenda accidentalìa, ubi actio datur? n. 11.

D 2

De

